



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Abdiae Babyloniae Primi Episcopi Ab Apostolis Constitvti,
de historia certaminis Apostolici, libri decem**

Abdias <Babylonius>

Coloniae, 1576

VD16 B 5299

Candidis Et Benevolis Lectoribus, Maternus Cholinus. S. P. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45288

CANDIDIS ET
BENEVOLIS LECTORI.

BUS, Maternus Cholinus. S. P. D.

Dupliceni statuo historia sacra nimis & propheta nam: & utriusq; lectione utilē cun primis & iucundā quidem iudico: sed illam tamen hac necessariam magis Quēadmodum enim anima corporē præstantior est & habetur meritō sic etiam illa huic optimo iure præferenda, hec quidem politiæ vitæq; humanæ recte instituendæ ad virtutem formandæ exempla cōmonstrat & præteritarum præclaræ gestarum rerum gratam memoriam suggerit: at illa præter eam voluptatē, quam cum hac committinem habet, perpetuæ etiam vitæ adipiscendæ regulam nobis exhibet, vestigiaq; ea nobis exhibet, qui bus insistendum sit ad animæ vitam conferuandam & consequendam, hæc casus humanos, regnorum, urbiumque euensiōnes, rerum publicarum mutationes copiarumque multarum interneciones & deletiones, viatorias, triumphos reficit: at illa viam cōmonstrat, qua nūquam interterritæ celestis Reip consortes

*. 2

& ciues

& ciues siamus: nec intereamus, sed perpe-
tua aspectus altissimi fruitione fouca-
mur. Summa, plurimæ sunt rationes, ob
quas meritò sacræ historiæ prophana ce-
dat, quibus recensendis iustum epistolæ
metam excederem: ideoque lubens easdē
prætereo. Proinde vobis cùm pietatis, tūm
historiæ studiosis inseruire gratificari que
volens, libuit hac enchyridij forma, quæ
haec tenus non extarunt, diuersæ ætatis
hōscæ authores historiæ apostolicæ, vetu-
stissimum nimirum Abdiam Babyloniam
Episcopum, atque recentiorem Ioachimū
Perionium coniunctim edere, ratus hanc
& connexionem & formam cum primis
gratam vobis fore, vñsiqne quotidiano ac
commodam. Attexui, præterea tanquam
historiæ huic necessarias vitas D. Matthiæ
Apostoli, atque Marci Euangelistæ ex scri-
nij primitiua Ecclesiæ Notariorum de-
prompttas. Exemplari verò vñsus sum Pari-
sensi, quod nitori pristino restituisse se
sublatis fœdis mendis D. Ioannes Faber
Theologus Parisiensis, affirmat. Studij cō-
filijque nostri, quo ad hanc editionem ad
ductus sim, rationem cùm nunc candidi
lectores cognoscatis, eandem precor &
vos etiam approbate & complectimini,
atque valete, mihiqne fauete. Coloniæ
Kalend. Septemb. 1569.

EXC